

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLVI.

VD18 90528921

Illustration: Tab. XXIII. Pauo albus cum tritico multiplici, Weiser Pfau; Pauo laponensis mas Cum locustar; Pauo laponensis foemina cum hordeo distico.

urn:nbn:de:gbv:45:1-11068

Pavo albus cum tritico multiplici

Weiser Pfan.



Pavo Japonensis. mar. Cum locustis



Pavo Japonensis. foemina. cum hordeo distico



a Lucii
de dom
b Plin.
N. l. 10
c. 20.
Varro l.
de re ru
c. 6.
Oppian.
Lucret.
2. de N
ura re
rum.
c Aelia
de Anim
l. 5. c. 2
† Ael. l.
d Suero
in Tiber

ein Ora
contra
raßst.
fl. 3. d
raßst. c. 1

g Snida
h Aristo
in Anib



quibus uersari solet, adpellant. Haec, ut pictura indicat, colore est testaceo seu figlino, cruribus, pectore, uentre, alis et cauda media. Vtrinque enim in ea nigrae sunt pennae. *Dorsum* quoque nigricat et in alis superius maculae nigrae sunt subrotundae, inferius uero margines pen-

narum secundum longitudinem nigricant. *Rostrum* fuscum, *uertex* niger, infra quem utrinque macula albicans retrorsum tendit, tum rursus aliae duae nigrae et albicantes per interualla sequuntur. Hanc auem circa lacum Verbanum ceppa uocant.

TITVLVS II.

De Auibus Graniuoris.

CAPVT I.

De Carduele, Spino et Pasfere Canario.

Nomen.

CARDVELIS, carduelus et cardelus Gazae, Hermolao et Gesnero thraupis, Aldrouando ab aurea in alis uitta chrysomitres, auriuites, Kiranidi lena et auis Iouis, aliis corydalis, Graecis *καραδης*, *αεραγαλινος*, *τραγωδινος*, *πικιλης*, *καρδελι* etiam dicitur.

Descriptio.
Schwenckfeld. in Auiar. Silensiae.

Auis est parua, cui *dorsum* cinereum et fuscum. *Alae* croceo colore nigroque mixtim et alternatim uariatae albisque notatae maculis, *uertex* nigricans, *rostrum* acutum subrubens apice fusco. *Oculi* ambitus exterior niger, hunc miniatus, miniatum caesus circumdat. Nec tamen haec colorum pictura in omnibus adparet. *Foemina* alas habet cinereas, guttur album. Visa nondum adulta ubique unicolor ex cinereo ad rufum tendens. Visae et aliae, quarum quaedam in anteriori capitis parte et in mento aliquid rubri obtinent, dorso, pectore, uentre et reliquis capitis partibus albescent, quaedam totae prorsus albae sunt, capitis partem rubram si demas et aliquot lutescentes in alis pennas.

Sexus.

Sexus facile cognoscitur, si coloris, ut supra adtigi, uocis et plumarum habeatur ratio. Vox foeminis exilior nec diurnus cantus. Plumae costas obuestientes cinerae aut fuscae, maribus aterrimae.

Nutritum.
Portal. I. de Villa.

Visitat feminibus lapparum, papaueris, rutae, dipsaci. Cannabino adeo pinguescit, ut cantandi alacritatem amittat. Quaecunque

uero edit, rostro decorticat, ut pura medulla uestatur.

Nidum in truncis arborum et foliis construit, ter in anno, Maiomenpe lunio et Augusto. Aliquando et in hypocaustis pullitiam educit. Septem saepe oua, octo interdum, quinque aliquando ponit. Praestant caeteris, qui mense Augusto excluduntur. In dumetis nascuntur, atriores sunt et prunis aut malis aurantiis potius, quam aliis arboribus insident.

Canunt omni tempore, sed maxime, cum alias e suo genere aduentare cognoscunt.

Volant gregatim et ad duo millia quandoque.

Aetatem ad XX. annos producant.

Visa Moguntiae uiginti tres egresae, cui singulis annis rostrum ac unguis praecidebantur, ut cibum potumque capere posset. Depositis geminis peninis canae, quo locabatur, uel prona uel supina iacebat. Plus uoce, quam patina hominem delectant. Haud mali tamen sunt alimenti, si pingues et non nidificant. Asfiliacis et colicis prodeste Kiranides auctor est.

SPINVS seu ligurinus auicula est pectore luteo, rostro mediocri, tenui et acuto. Duas habet maculas nigras. Alteram in fronte, alteram sub mento. Mari capitis macula multo nigrior, idem toto corpore magis, quam foemina lutescit.

In frigidioribus regionibus uel nunquam uel raro adparet nec in Italia quotannis cernitur.

lis-